



**Pia Hilaria R. P. Angelini Gazæi E Societate Iesv Atrebatis**

**Gazet, Angelin**

**Antverpiae, 1629**

Vota amico facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70444](#)

„ Ingente, lautè comparatum & dapsile.  
 „ Properate, maturate, Pastillos volo  
 (Orexis illi dura singultum dedit,  
 Interque rupit verba) pastillos volo  
 „ Linguis refertos improbis. Linguis mihi  
 „ Mora nulla, de repente, de vestigio  
 „ Vos Orbe toto quærite. Id fercli volo.  
 Apologon audis Lector, haud falsum putas.  
 Nil ægrienti dæmoni est optatius,  
 Quam lingua mendax, lingua fallax, improbos  
 Prona in susurros, aut probra, aut calumnias.  
 Heus Sycophanta, si sapis, linguam preme,  
 Tuque Thrafo sumos venditans aut emptitans,  
 Raptor alieni nominis, crepans tui,  
 Vitilitigator, quadruplicator, fannio,  
 Et tu dolose, tuque bucco sordide,  
 Et plene Veneris fæculentis pulibus,  
 Cauete sultis impiaæ carunculæ,  
 Iniquitatis soniti carunculæ,  
 Iliadi mille funerum carunculæ.  
 Cauete; ab orco Turma grandis vndique  
 Instructa calathis astat à tergo, ad latus  
 Infra supraque, Principi vescas suo  
 Genus hocce linguas quæritans. Os claudite  
 Cent' plice serâ, pessulo centuplice.

*Vota Amico facta.*

**T**ibi quod optas & quod opto, dent Diui,  
 (Sol optimorum in optimis Amicorum)  
 Ut anima semper læta nesciat curas,  
 Ut vita semper viua nesciat canos,

Vt

Vt dextra semper larga nesciat fordes,  
 Ut bursa semper plena nesciat rugas,  
 Ut lingua semper vera nesciat lapsum,  
 Ut verba semper blanda nesciant rixas,  
 Ut facta semper æqua nesciant fucum,  
 Ut fama semper pura nesciat probrum,  
 Ut vota semper alta nesciant terras,  
 Tibi quod optas, & quod opto, dent Divi.

*Seruus Peruanus vorans fisus literas  
 videre & lequi credit.*

*Ex P. Richeom. Valedictione anima.*

**V**biique, quidquid dixeris, Bœotia est;  
 Cælo sub omni prostat Arcadiæ pecus  
 Venale, pretio cui libet quanto liber.  
 Vbiique scenum est scenique caudicis  
 Ingenia, barda, lusciosa, gibbera,  
 Velo trilici & triplici circumdata.

Seruum vir Europæus in Brasiliâ  
 Peruuianum coëmerat, monstrum viri.  
 Nobilibus istuc sœpè delicium est, aues  
 Hasce educare territandis paruulis,  
 (Si fortè plorent,) aut creando risui.

Stabat labrosus bucco, vtrimque loripes,  
 Naribus obesis, voce fuscus, & myops;  
 Dextera sinistro, sed sinistra dextero  
 Spectabat oculo, bellus obtutu strabus,  
 Sed flaccus aures semibesse pendulas,  
 Instar lyciscæ aut vertagi venatici,  
 Instarque peponum acuminatus occiput,

(Mon-